



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 5. Capitulum Benedictinorum Petrusii celebratum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcl. XV.
A.C. 1417.

§. V.

*Capitulum Benedictinorum Petrusii
celebratum.*

*Reichental
apud Van-
der Hardt
to. I. p. 1092.*

Cum Ordo S. Benedicti in Germania a primævo suo fervore multum remisisset, in Abbacia Petrusii vulgo Peterhusii * haud procul a ponte Constantiensi sita Synodus capitulum Provinciale convocabat, concurrente Moguntinæ & Bambergensis Diocesum auctoritate; Hunc in finem die decima octava Februarii Anno Salutis millesimo quadringentesimo decimo sexto conditum est Decretum, Nationis Germanicæ Benedictinis, quorum præprimis reformationi Synodus invigilabat, inscriptum. Ergo Capitulum Provinciale vi alterati Decreti celebrandum, hoc anno die vigesima octava Februarii inchoatur. Intererant triginta sex Abbates, viginti duo Priores, & trecenti septuaginta tres Religiosi Benedictini. Eligebantur in Præsides Ludovicus Abbas Treverchensis, ex Diocesi Cabillonensi, Thomas Eboracensis Abbas in Anglia, Sigefridus Abbas Elvacensis ex Diocesi Augusta-

* Trithemius in Chronic. ad ann. 1417. vocat hoc Monasterium. *Petri Domum seu Peterhusen.*

gustana, ac denique Joannes Abbas S. Sæcul. XV.
 Georgii Diocesis Constantiensis. Præ- A.C. 1417.
 ter alia hujus Capituli statuta prohibeba-
 tur Abbatibus Monasteria lustrantibus,
 ne singuli secum ultra duodecim equos
 adducerent.

§. VI.

*Initium reformationis in Ordine Be-
 nedictinorum.*

Hujus Capituli Statuta Imperator men- *Vander*
 se Februario anni sequentis rata ha- *Hardt to. I.*
 buit, dictique ordinis reformationem *pag. III2.*
 quidam Monachus nomine Joannes ex
 Abbacia Rheinhufana Moguntinæ Dioe-
 cesis aggressus est. Hunc cum Otho
 Dux Brunsvicensis ad Clusensem Abba-
 tiam Diocesis Hildesienfis evocasset, ut
 ibidem reformationem & statuta in præ-
 fato Capitulo condita in usum deduceret,
 omnes Monachi nudo reformationis no-
 mine territi discesserunt, solo relicto Jo-
 anne, ut ipse Constitutiones, quas sta-
 bilire intenderat, etiam colere deberet.
 Verum is propterea nil animo fractus,
 quosdam Religiosos regularis disciplinæ
 magis studiosos collegit, atque obtenta
 Brunsvicensis Ducis licentia cum illis ad
 quamdam ferme collapsam Abbatiā no-
 mine S. Thomæ in Bursfeldia Diocesis
 Moguntinæ se recepit; unde paulatim
 refor-